Aurelius Augustinus

Enarratio in psalmos 42, 2 ff. 43, 21 ff.

12. Jahrh.

früher Einband zu: Irenicus, Franciscus, Totius Germaniae descriptio Francof. 1570. (Oels)

Geogr. Germ. 7m fol.

Mscr. R 52 zm

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id416476295/1

Sächsische Landesbibliothek in Dresden

Handschrift Nr. Mscr. Dresd. R 52 zm

Die Benutzung dieser Handschrift ist nur unter der Bedingung gestattet, daß der Entleiher der hiesigen Bibliothek ein Stück seiner auf die Handschrift bezüglichen Veröffentlichung geschenkweise überläßt, sofern die Bibliotheksverwaltung nicht ausdrücklich auf die Überlassung verzichtet. Zum Abdruck, zum Durchzeichnen oder zur Herstellung von Lichtbildern ist besondere Erlaubnis einzuholen.

Belehrende Auskünfte oder Hinweise auf der Bibliotheksverwaltung unbekannte Veröffentlichungen über diese Handschrift werden dankbar entgegengenommen.

Benutzer der Handschrift

Datum	Name, Beruf und Wohnung des Benutzers	Ort der Benutzung	Art der Benutzung (nur eingesehen? — ganz oder teilweise abgeschrieben? — verglichen? — abgelichtet?)	Zweck der Benutzung (Ist Veröffentlichung beabsichtigt und in welcher Form?)

III 9 290 Jd G 80 73

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id416476295/2

et discerne causam meam de gente non sancta
Ab homine iniquo et doloso erue me. hoc est
de gente non sancta. ab homine quodam genere
hominum. quia quidam homo et quidam homo. et in his
duobus unum assumet et unum relinquet. et quo
patientia opus est ferendi usque ad messem
quandam si dici potest indiscretam discre
tionem. Simul enim sunt et ideo discreta
nondum sunt. Zizania autem zizania sunt et fru
menta frumenta sunt et ideo discreta iam sunt.
Quia ergo fortitudine opus est imploranda
ab illo qui iussit ut fortes simus et non fortes
ipse fecerit non erimus quod iussit ab illo qui
dixit qui perseveraverit usque in finem hic
salvus erit. ne sibi ipsa anima arro
gando fortitudinem debilitet continuo
adiungit. Quia tu es fortitudo mea.
utquid me repulisti. et utquid tristis in
cedo dum affligit me inimicus. Causam
querit tristitie sue. quare inquit tristis in
cedo dum affligit me inimicus. tristis
ambulo. inimicus affligit cottidianis
temptationibus immittens vel quod male amem
vel quod male timeam. et contra utrumque pug
nans anima et si non capta tamen periclitans
contrahit tristitiam et dicit deo utquid. Querat
ergo ab ipso et audiat utquid. Querit enim in
psalmo causam tristitie sue dicens utquid
me repulisti et utquid tristis incedo. audiat
ex ysaia. succurrat illa lectio que modo re
citata est. spiritus inquit a me prodiet et omnem
flatum ego feci. propter peccatum modicum quod
contristavi illum et averti faciem meam ab illo
et contristatus est et abiit tristis in viis suis.
Quid ergo querebas utquid me repulisti et
utquid tristis incedo. Audisti propter peccatum
causa tristitie tue peccatum est. causa
letitie tue iustitia est. Peccare volebas
et laborare nolebas. ut parum tibi esset quod
esses iniustus nisi et eum esse iniustum voluisses

a quo iuste vindicari noluisses. Respice vocem
meliorem in alio psalmo. bonum est mihi quod
humiliasti me ut discerem iustificationes
tuas. Didiceras elatus iniquitates meas. disce
humiliatus iustificationes tuas. Utquid
tristis incedo dum affligit me inimicus.
De inimico quereris. revera affligit. sed
tu ei locum dedisti. Et nunc habes quod agas.
Eliget consilium. regem admitte. tyrannum ex
clude. Sed ut hoc faciat quod dicit. quod imple
cat quod orat attende. Ora quod audis. et
cum audis omnium nostrum sit ista vox. Emitte
lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt
et perduxerunt me in montem sanctum tuum et in
tabernacula tua. Quia ipse est lux tua et
veritas tua. hec nomina duo res una.
Quid enim aliud lux dei nisi veritas dei. aut quid
veritas dei nisi lux dei. et hoc utrumque unus Christus.
Ego sum lux mundi. qui credit in me non am
bulabit in tenebris. Ego sum via et veritas
et vita. ipse lux. ipse veritas. Veniat ergo et
eruat nos discernens modo causam nostram
a gente non sancta. eruat ab homine iniquo et
doloso. Separet frumentum a zizaniis quia
ipse mittet angelos suos messis tempore
ut colligant de regno eius omnia scandala
et mittant [illegible] in ignem ardentem
frumentum [illegible]
in horreum [illegible] emittat lucem
suam et veritatem [illegible] suam. quia ipsa
nos deduxerunt et perduxerunt in montem
sanctum eius et in tabernacula eius. Pignus habemus.
premium speramus. Sanctus mons eius sancta ecclesia eius.
mons ille est qui crevit ex minimo lapide
secundum visionem danihelis confringens regna
terrarum et in tantum excrescens ut impleret
universam faciem terre. In hoc monte se ex
auditum dicit qui dicit. voce mea ad dominum
clamavi et exaudivit me de monte
sancto suo. Quisquis preter istum montem orat non se

ſperet exaudiri ad uitā ęternā. Exaudi
untꝰ enī multi ad multa. nec ſibi plaudunt
qd exaudiuntꝰ. Exaudiri ſꝰ demones
ut in porcos mitterentꝰ. Exaudiri ad uitā
ęternā ↄcupiſcamꝰ ppt̄ deſideriū qd dicunꝰ
Emitte lucē tuā & ueritatē tuā. Illa lux
oculū cordis inquirit. Beati enī inquit
mundi corde. qm̄ ipſi dm̄ uidebunt.
Modo in monte eiꝰ ſumꝰ. id ē in ęccłā eiꝰ &
in tabnaculo eiꝰ. Illa tabnaculū peregri
nantiū eſt. domꝰ cohabitantiū. eſt tab
naculū peregrinantiū & militantiū.
Cū audis tabnaculū bellū intellige. hoſtē
caue. Domꝰ autē de q̄ dictū. beati q̄ habitant
in domo tua. in ſcła ſcłoꝝ laudabunt
te. Ergo pducti ad tabnaculū & poſiti in
monte ſcō eiꝰ. qua ſpe gerimꝰ. Et intro
ibo ad altare dī. Eſt enī qd dā ſublime
altare inuiſibile q̄ n̄ accedit iniuſtꝰ. Ad
illud altare ille ſolꝰ accedit q̄ ad iſtud
ſecurus accedit. Illic inueniet uitā ſuā
q̄ in iſto diſcernit cauſā ſuā. Et introibo
ad altare dī. de monte ſcō eiꝰ & de taber
naculo eiꝰ. de ſcā ęccłā eiꝰ introibo ad al
tare dī ſublime. Quale ibi ſacrificiū eſt.
Ipſe q̄ intrat aſſumetꝰ in holocauſtū. In
troibo ad altare dī.   Qd ē qd
dicis ad altare   dī. Ad dm̄
q̄ lętificat iu uentutē meā.
Iuuentꝰ noui tatē ſignificat.
tanquā diceret ad dm̄ q̄ lętificat noui
tatē meā. lętificat iuuentutē meā. qui
ↄtriſtauit uetuſtatē meā. Incedo enī in
triſtis in uetuſtate. tc̄ autē ſtabo gaudenſ
in nouitate. Confitebor tibi in cythara
42,5 dś dś meꝰ. Quid ē in cythara ↄfiteri. & in
pſalterio ↄfiteri. Non enī ſemp in cythara
nec ſemp in pſalterio. Duo hęc organa mu
ſicoꝝ habent int̄ ſe diſtinctā diſcretaq;
rationē. digna ↄſideratione & ↄmendatione

memorię ſignificat hoc manibꝰ p...
ſtant & ſignificat opera quędā nra
corporalia. utruq; bona. ſi q̄s nouit pſal
lere. ſi q̄s nouit cytharizare. Sed q; pſalteriū
illud organū dicit̄ qd de ſuperiore parte
habet teſtudinē. illud ſcilicet tympanū
& ↄcauū lignū cui cordę innitentes
reſonant. cythara u̇ id ipſū lignū cauū
& ſonorū ex inferiori parte habet. diſcer
nenda ſt̄ opera nra. quando in pſalterio
ſunt quando in cythara. utraq; tam placita
dō & ſuauia eiꝰ auditui. Quando ex pre
ceptis dī aliqd agimꝰ iuſſis eiꝰ obtempe
rantes & obaudientes ad implenda pre
cepta ubi facimꝰ & n̄ patimur pſalteriū eſt.
Faciunt enī ita & angli. Non enī aliqd
patiunt̄. Cū autē aliqd patimur tribula
tionū temptationū ſcandaloꝝ in hac tra
q̄ n̄ patim̄ n̄ ex inferiore parte id eſt ex
eo qd mortales ſumꝰ. ex eo qd p̄ne aliq
cauſę q̄ddā tribulationū debemꝰ. & q̄
patimur multa ab eis q̄ n̄ ſt de ſupiore. cythara
ē. Venit enī ſonꝰ ſuauis ex inferiore parte
patimꝰ & pſallimꝰ. uel potiꝰ cantamꝰ uel
cytharizamꝰ. Quando dicebat apłs euan
gelizare ſe & pdicare eugłm toto orbi
terrarū ex precepto dī. qm̄ illud eugłm ſe n̄
ab hominibꝰ neq; p hominē. ſ; p ihm xpm
accepiſſe dicebat. de ſup ſonabat cord
Cū u̇ dicebat. gloriamur in tribulationib;
ſcientes q; tribulatio patientiā operatur.
patientia pbationē. pbatio ſpē. cythara
ſonabat ex inferiore. q̄d eſt tam dulce.
dulce ē
Omis enī patientia dō. Si autē in ipſis
tribulationibꝰ deficeret. cytharā frigeret.
Quare g̃ in dm̄ ↄfitebor tibi in cythara.
ppt̄ illud qd dixerat. quid triſtis incedo
dū affligit me inimicꝰ. Patiebat̄ enī
quędā ex inferiore afflictione. & in eo
ipſo tam uolebat placere dō. & grās 42,5
finde

[illegible] tionis. quis enim uidere 21
[illegible] bonitate quare mortificat
[illegible] hoc nouit. res in occulto est.
[illegible] quis eorum p nomine xpi deti
[illegible] xpi est teti. Quare non est here
[illegible] fuerint & non tam ppt. iusti
[illegible] tus in ipsa eccla dicatur
[illegible] defuisse aut decisse
[illegible] humane glie paterent
[illegible] huiusmodi homines non dicere
[illegible] corpus meum ut ardeat
[illegible] non habeam nihil mihi pdest
[illegible] hoc iactatione
[illegible] dilectione. Ideo obscurum est
[illegible] uidet. nos non possumus. Iste
[illegible] iudicare. qui nouit occulta
[illegible] mortificamur tota
[illegible] uelut oues occisionis.
[illegible] apostolum paulum teste nomi
[illegible] ad exhortandos martyres ne
[illegible] in tribula[illegible] nemine
[illegible] Exurge quare dormis dne. 22
[illegible] qui dicat. Nonne magis in
[illegible] & balare. ululare
[illegible] Exurge quare dormis dne.
[illegible] nouit quid dicat. Scio quia non
[illegible] ipsi. Sed tamen martyres
[illegible] Exurge quare dormis dne. O di
[illegible] dormisti in passione
[illegible] Nouimus enim quia non re
[illegible] resurrexisti. Gentes que
[illegible] mortuum te putant resur
[illegible] Exurge ergo & illis quare
[illegible] illis. Sicut enim in te illi cre
[illegible] neque [illegible]
[illegible] Sed quia psequuntur
[illegible] nescio quis qui crediderit in te
[illegible] mortuum. Adhuc eis
[illegible] intelligant quia resur
[illegible] Denique factum est dum

morientur martyres & ista dicunt. & dor
miunt & excitant xpm uero mortuum
dormitationibus eorum. Surrexit xpc quidam
in gentibus id est creditus est resurrexisse. ita
paulatim & ipsi credendo conuersi ad xpm
fecerunt numerum magnum quem timerent
psecutores & cessauerunt psecutiones.
Vnde. Quia exurrexit xpc in gentibus.
quibus ante non credentibus dormiebat.
Exurge & ne repellas usque in finem. Quare
faciem tuam auertis quasi non adsis. quasi oblitus
sis nostri. Obliuisceris inopiam nostram &
tribulationem nostram. quia humiliata est
in puluere anima nostra. Vbi humiliata
est in puluere. id est pulueris nos subsequuntur.
illi nos psequuntur de quibus dixisti. Non sic
impii non sic. sed tanquam puluis quem piciet
uentus a facie terre. humiliata est in puluere
anima nostra. Hesit in terra uenter no
ster. Plenam nimie humilitationis mihi uidetur
expressisse quisquis quando se psternit
heret in terra uenter eius. Qui enim ita hu
miliatur ut genua figat. adhuc habet quo
humilietur. quisquis autem sic humiliatur ut
hereat in terra uenter eius ultra quo humilietur
non habet. Si enim uult ultra uoluerit. iam
non erit humiliare sed obruere. Hoc ergo
forsitan dixerit. nimium humiliati sumus
in hoc puluere. ultra quo humiliemur non
habemus iam. Si peruenit usque ad summum
humiliatio. ueniat & miseratio. An
forte fratres eos plangit eccla uoce ista
quibus illi quos psequebantur psuaserunt impietatem.
ut illi qui pdurarunt hoc dicant. humiliata
est in puluere anima nostra. id est uictimam
pulueris huius. id est manus impiorum & pse
quentium. humiliata est in puluere anima
nostra. ad hoc ut te inuocarent ut dares
auxilium de tribulatione. Venter autem
noster hesit in terra. id est consensit impietati

pulvere [illegible] venter noster. Hoc est enim dictum
hesit. Si enim cum diligis et ardes caritate
recte dicis deo: adhesit anima mea post
te. Et mihi autem adherere deo bonum est. Hic
autem adheres deo quando consentis deo. Non
sine causa dictum est de ventre isto qui
adhesit in terra. Nonne quia illi significantur qui
persecutionem non tolerantes consenserunt
iniquis. Sic enim heserunt in terra. Sed quare dic
tus est venter? Nonne quia carnales sunt? Ut os ecclesie
in sanctis sit in spiritualibus, sic venter ecclesie in
carnalibus sit. Itaque os ecclesie eminet, venter
absconditus est tanquam mollior et infir
mior. Hoc significat quodam loco scriptura
ubi quidam dicit se accepisse librum. Et liber
ipse dulcis erat inquit in ore meo et amarus
in ventre meo. Quid est hoc? Nonne quia precepta
summa que acceperunt spirituales non acceperunt
carnales, et de quibus gaudent spirituales con
tristantur carnales. Liber ille fratres quid ha
bet? Vende omnia que habes et da pau
peribus. Quam dulcis est in ore ecclesie, ab
omnibus spiritualibus factum est. At vero carnali
cuicumque dixeris: fac hoc, facilius a te
tristis recedit, sicut ille dives a domino,
quam facit quod dictum est: vende. Nisi quia
liber ille dulcis est in ore et in ventre
amarus. Dedisti nescio quid auri et argen
ti, ventum est ad hunc articulum ut nisi
perdas forte aliquid peccatum committas, in
iuriam forte ingeras ecclesie, blasphemare
cogaris. Positus itaque in angustiis aut
dampno pecunie aut dampno iustitie dicitur
tibi: perde potius pecuniam ne perdas iustitiam.
Tu autem cum non dulcis est in ore iustitia,
sed adhuc in illis membris infirmus es quales
in ventre deputat ecclesia, contristatus
eligis aliquando amittere aliquid de ius
titia quam vel nummum de pecunia, et per
cutis te dampno graviore implens.

facellum tuum et examinent cor tuum. For
tassis quod de illis dicatur adhesit in terra ven
26 ter noster. Exurge domine adiuva nos. Et [illegible]
[illegible] exurrexit et adiuvit. Itaque cum exur
geret id est cum resurgeret et gentibus in
notesceret, cessantibus persecutionibus etiam illi
qui heserant in terra eruti sunt de terra et agen
tes penitentiam reddita sunt corpori Christi
quamvis infirmi, quamvis imperfecti, ut com
pleretur in eis: imperfectum meum viderunt
oculi tui et in libro tuo omnes scribentur.
Exurge domine adiuva nos. Et redime
nos propter nomen tuum. Hoc est gratis propter
nomen tuum, non propter meritum meum, quia tu dig
natus es facere, quia ego dignus sum cui faceres.
Nam et hoc ipsum quod non sumus obliti te et non
recessit retro cor nostrum, quod non expandimus
manus nostras ad deum alienum, nisi te adiuvante
unde possemus? Nisi te intus alloquente,
exhortante, non deserente, unde vale
remus? Ergo sive patientes in tribulatio
nibus sive gaudentes in prosperitatibus, redime
nos non propter meritum nostrum, sed propter nomen tuum.

Explicit de psalmo quadragesimo III.
Incipit explanatio de psalmo XLIIII.

Huius psalmi sicut nobiscum ex[spec]
tatione cantavimus, ita nobiscum
attentione consideretis peto. Carmen enim
de sanctis nuptiis, de sponso et sponsa, de
rege et plebe, de salvatore et de his qui
salvandi sunt. Qui enim veste nuptiali ve
nit ad nuptias gloriam querens sponsi
non suam, non solum libenter audit quod solet
esse etiam hominum spectacula querentium
non facta exhibentium, sed etiam mandat
cordi quod non ibi vacet sed germinet, [illegible]
crescat, proficiat, assumatur. Oportet enim
nos esse quibus hoc cantetur filios Chore, quod
habet titulus psalmi. Erant enim isti
quidam homines. Veritatem omnis inscriptio

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id416476295/7

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id416476295/8